



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 21. Nuptiæ Philippi cum Maria Regina Viacomiæ celebratæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI unacum duobus Hispaniæ Proceribus
A. C. 1554. Viacomiam ad Reginam, quæ ibidem
 Philippum præstolabatur, salutatum præ-
 miserat, eidemque gemmas longe pre-
 ciosissimas donavit, quarum valor ultra se-
 ptuaginta Hispanorum aureorum (*) mil-
 lia ascendebat. Postea ipse met Princeps
 Viacomiam ad Reginam venit suis
 Proceribus, ac Angliæ Primoribus,
 aliisque magno numero hujus Natio-
 nis Nobilibus stipatus.

§. XXI.

*Nuptiæ Philippi cum Maria Reginæ
 Viacomiae celebratae.*

Dies vigesima quinta Julii Divo Ja-
 cobo sacra regiis destinabatur nu-
 ptiis, quæ etiam inter Philippum, &
 Mariam Viacomiae hoc modo celebra-
 bantur. Præstolabatur Regina Spon-
 sum in sublimi loco ad id erecto consi-
 stens, quam Philippus accedens, at-
 que officiosa salutatione honorans am-
 plectebatur, illamque prehensa ejus
 manu per quatuor circiter passus ad
 thronum deducebat, ubi illa confide-
 bat, futurus autem illius Sponsus penes
 eam aliud occupabat solium. Posthæc

Joan-

(*) Hi nummi vulgo vocantur *Doppia*, seu
Pistollæ, quorum quilibet æquivalet quatuor
 Imperialibus.

Joannes Figueroa Cæsaris nomine Nea- Sæcul. XVI.
polis Regno cessit, jusque omne, quod A. C. 1554
ipsi ad illud competebat, in Philippum
Filium suum transtulit: mox vero re-
citabantur pacta per Legatos nuper
inita, quæ demum voce Principis con-
firmabantur. Absolutis hisce solemnibus
Viacomiensis Episcopus supremus Regni
Cancellarius unacum pluribus aliis Epi-
scopis Regios hosce Principes accedens
pro more a circumstantibus sciscitaba-
tur: an quisquam inter illos esset, qui
legitimum aliquod impedimentum sub-
esse sciret, quo minus nuptiæ inter eos
jure contrahi possent: cum ergo nemo
contradiceret, sed potius unaomnes
confusa voce plenum assensum testaren-
tur, tunc idem Episcopus Philippum,
ac Mariam sacra precatione matrimo-
nio conjugebat, remque divinam
peragens hosce Sponsos summa pietate
accensos sacra Synaxi reficiebat.
Finito Sacro ambo proclamabantur Re-
ges Angliæ, Franciæ, Neapolis, Jero-
solymæ, & Hiberniæ, necnon Hispaniæ,
ac Siciliæ Principes, & denique fidei defensores, Austriæ Archi-
duces, Mediolani, Burgundiæ, & Bra-
bantiæ Duces, Habsburgi, Flandriæ,
& Tyrolis Comites declarabantur. Præ-
placuit Hispanis longa hæc titulorum,
ac dignitatum series, quam proclama-

C 4 tionem

Sæcul. XVI. tionem Burnetus die vigesima septima
A. C. 1554. Julii factam afferit. Finitis hisce sole-
niis Rex, & Regina Londinum vene-
runt, ubi magnifica prorsus pompa fue-
re excepti.

§. XXII.

*Philippus sub primis Regni sui au-
spiciis clementiae studioſiſſimus.*

Porro Philippus Angliam ingentibus
pecuniarum summis locupletabat;
quippe viginti septem arcæ infarfo ar-
gento plenæ, eæque viginti plaustris im-
positæ ad turrim deferebantur, ac pau-
lo post advenerant alia duo plaustra præ-
ter centum ferme equites, qui aureos,
atque argenteos nummos deferebant:
forte autem maxima hujus pecuniæ
pars impendebatur, ut illa duodecies
centena aureorum millia penderentur,
quæ Cæsar quidem transmittere spon-
debat, nec tamen ante matrimonii ce-
lebrationem tradere volebat. Ut ut res
se habuerit, id omnino constat, quod
Philippus prudenti hujus auri distribu-
tione plurimum Anglorum benevolen-
tiam sibi conciliaverit, suumque animi
propositum, quo Religionem Catholi-
cam penitus restaurare decreverat, ad
felicem exitum deduxerit. His acces-
sit ingens clementia, quam hic Prin-
ceps, licet primævo naturæ suæ genio
admo-

Burnet hist.
de ref. t. 2.
l. 2. p. 430.